10 Vicende politiche di Druso

Marco Livio Druso (124-91 a.C.), nonostante le sue qualità, non ha in politica quella fortuna che le sue proposte meriterebbero. Il senato, infatti, ha sempre avuto nei suoi confronti un atteggiamento quasi di sospetto.

Deinde interiectis paucis annis tribunatum iniit M. Livius Drusus, vir nobilissimus, eloquentissimus, sanctissimus, meliore in omnia ingenio animoque quam fortuna usus. Qui cum senatui priscum restituere cuperet decus et iudicia ab equitibus ad eum transferre ordinem (quippe eam potestatem nacti equites Gracchanis legibus cum in multos clarissimos atque innocentissimos viros saevissent, tum P. Rutilium, virum non saeculi sui, sed omnis aevi optimum, interrogatum lege repetundarum maximo cum gemitu civitatis damnaverant), in iis ipsis, quae pro senatu moliebatur, senatum habuit adversarium non intellegentem, si qua de plebis commodis ab eo agerentur, veluti inescandae inliciendaeque multitudinis causa fieri, ut minoribus perceptis maiora permitteret. Denique ea fortuna Drusi fuit, ut malefacta collegarum quam quaevis optime ab ipso cogitata senatus probaret magis, et honorem, qui ab eo deferebatur, sperneret, iniurias, quae ab illis intendebantur, aequo animo reciperet, et huius summae gloriae invideret, illorum modicam ferret.

(Velleio Patercolo, *Historia Romana*)

PER IL RIPASSO

1. Che tipi di ablativo regge il verbo *utor* (nel testo *usus*)? In quali circostanze può reggere un doppio ablativo? Quali diverse funzioni hanno in questo caso ciascuno di essi?
2. Costruisci una breve frase con uno degli altri verbi che assumono il medesimo comportamento del verbo *utor*.
3. Ricordi in quale locuzione il verbo *potior*, che di solito si comporta come *utor* (presente nel testo), regge il genitivo?
4. Individua nel testo i complementi di agente.
5. Spiega il valore dei seguenti ablativi: *ab equitibus*; *Gracchanis legibus*; *lege*; *maximo cum gemitu*; *in iis ipsis*; *pro senatu*; *de... commodis*; *aequo animo*.

GrecoLatino. Versionario bilingue © Zanichelli 2019

La riproduzione di questa pagina tramite fotocopia è autorizzata ai soli fini dell'utilizzo nell'attività didattica degli alunni delle classi che hanno adottato il testo